COPIAE LITTERARUM, CARTARUM ET FORMULAE SUPER ORDINEM FRATRUM PRAEDICATORUM
15. Jh. Seite 56r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31490
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Si autem quaeritur qualis sit illa conversio etc. Hec est distinctio
11ma 4ti postquam magister determinavit de re contenta in hoc
sacramento eucharistie. hic determinat de conversione panis in corpus
xpi et primo facit hoc 2o ostendit quare facta tali conversione
species remaneat. Ibi autem sub alia specie prima in duo primo
proponit contentum et determinat eam quantum ad id in quo omnes conveniunt
2o quantum ad id in quo diversi diversa opinantur. Ibi quibusdam videtur
Primo magister quaeritur qualis sit illa conversio an formalis vel
substantialis ad quam respondendo se asserit esse insufficientem
dicit tamen se scire eam non esse formalem quia manent ibi
species rerum que ante fuerunt ut sapor pondus etc. Deinde
certos recitat errores circa hanc ineffabilem versionem qui
patent in littera multas etiam conclusiones salubres in hac potest
distinctione de quibus breviter amore transeo

Circa distinctionem presentem hanc moveo contentum. Si apta
materia sacramenti eucharistie sit panis triticeus et vinum vitis
naturale. Quod non videtur quia hoc sacramentum venerabile ordinatur ad usum
fidelium sed illud sacramentum dumtaxat sub una specie fidelibus
ministratur scilicet sub specie panis igitur tantum una cuius debet esse materia
In oppositum autem militat ecclesie consuetudo

Pro prima Christus dominus eucharistie sacramentum tunc instituit
quando post agnum typicum corpus suum et sanguinem discipulis dedit
hec propositio patet per venerabilem Bedam qui sic in luc. xxii
hoc facite in meam commemorationem ita ait finitis veteris pasce
solempniis transit ad novum quod in sue redemptionis memoriam
ecclesia frequentare desiderat ut per carne et sanguinem agni
sue carnis et sanguinis sacramentum in panis et vini figura
substituit igitur